Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dicens. Hordeum enim pabulum est iumentorum. quod dedit no
bis. recipiat et ipse fenum. Qui suscipiens dixit ei. Nos
quidem imperator ex quibus comedimus tibi. tu autem ex quibus
nutriris irrationabilitatem nature reddidisti nobis. Iu
lianus denique hoc audiens. et in insania factus dixit ad eum.
Fastio namque istius feni sine oblatione dabitur tibi. quan
do autem persas subiens reversus fuero. desolabo civi
tatem tuam et arabo eam ut fiat farrifera magis quam
hominifera. Non enim ignoro audaciam populo arte sua
sam ut a me adoratam deam postquam eam statuerim non ferens
fascinationem constringeret usque in finem. Et hec dicens.
pergebat ad persarum regionem. Regressus autem in civita
tem basilius advocans omnem multitudinem narravit
ei imperatoris verba. atque consiliator illi fit optimus dicens.
Pecuniam fratres ad nichil reputantes salutis vestre provi
dentiam facite. ut et si datum fuerit tempus tyranno im
peratori. muneribus eum placemus. Qui abeuntes in domos suas
que habebat unusquisque eorum in manibus cum alacritate adtu
lit ad eum auri scilicet et argenti. lapidumque preciosorum
infinitam multitudinem. Qui videns alacritatem et ob
auditionem posuit eam in thesaurario super scribens uni
cuique nomen dicens ei. quia propositum dominus potens est et il
lum adtrectare. et vobis restituere propria. Statim precepit
clero et omni populo civitatis cum mulieribus et infantibus a
scendere in montem didimi in quo adoratur et honoratur dei
genitricis venerabile templum. et tribus diebus ieiunii susti